



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de

Lvgdvni, 1609

Opera.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

obtinere: ac si quis his presentibus contravenisse quocummodo dici, aut censei potuerit, ipsum contravenientem eo ipso confiscationis bonorum, degradationis, & amissionis tam privilegij doctoratus, quam quorumcumque per eum obtentorum officiorum tam secularium quam Ecclesiasticorum, ac denum ultimi supplicij poenam irremissibiliter incurrere volumus. & infra. Et quod ubicumque & quancumque compertum fuerit per interpositam personam, aliquas pecunias, seu alias res traditas, seu promissas fuisse alicui curiali, familiari, vel cuicumque alteri persona pro officiis, & dignitatibus iurisdictionis administrationem habentibus, is qui officium huiusmodi habuerit, obtinuerit, se a promissis attentu interpositione persona huiusmodi nullatenus excusare queat. Quinimò nulla admissa ignorantia excusatione, ipso iure presumetur solutionem, & promissionem huiusmodi de eorum qui officia & dignitates & similia obtinuerunt consensu, & mandato penitus esse facta, eisdemque propterea poenis subiacere omnino intelligatur. cap. 25. nu. 7.

O L E V M sanctum. vide Chrisma.

O M I S S I O vt mala fit, requiritur quod homo possit facere, & teneatur, & non faciat. Præl. 6. nu. 4. Præl. 7. nu. 13. & in hoc ponuntur aliqua exempla.

O P E R A bona facta in peccato ad multa

ta profunt. de quo in hoc Comp. tit. actus humanus.

OPERA misericordix. vide Eleemosyna.

---

O P I N I O.

**Q**uando confessarius & pœnitens habent contrariam opinionem; si confessarius credat se inniti evidenti textu vel ratione: pœnitentem verò dubia, non debet eum absoluerè: secus, si pœnitens innititur æquali rationi vel ferè æquali. cap. 26. nu. 4.

Sequenda est opinio communis, vel pluribus rationibus innitens: quibus cessantibus eligenda est benignior, illa scilicet, quæ fauet iuramento, matrimonio, doti, testamento, libertati, pupillo, viduæ, peregrino, rebus piis, & religiosis, alicui personæ miserabili, vel priuatæ contra fiscum, cum fiscus in delicto personæ priuatæ fundatur, vel fauet valori actus, vel reo. cap. 27. nu. 283.

Opinio communis non facit ius. Imò postponenda est opinioni alicuius meliori ratione innitentis, additum in Nou. cap. 1. num. 8. post medium. Stylus verò curiæ Romanæ facit ius. c. n.

Non tenemur semper tutiorem partem eligere, sufficit eligere tutam, in his etiam,